manauit. quia dulcis doctrina in eo semper exuberauit.

Post hec uero apostolo romano regno cum de decore propul-
satur. et filius delitescens a lupis deuoratur. Sic isti
triumphatores sanguine suo celestia mer[uerun]t. qui ho-
die laureati in angelica curia exaltantur. Et quia iam
in gaudio messuerunt. quod in lacrimis seminauerunt. illorum
exempla sequentes. illorum doctrine in omnibus obedi-
entes. ab illo qui est gloriosus in mirabilibus in sanctis suis.
petamus. ut per illorum merita celestia gaudia obtineamus.
Ad xpe **Sermo in translatione sancti benedicti abbatis.**

IUstus germinabit **Cap. xliiii. iii.**
sicut lilium. et florebit in eternum ante dominum. Lilium
exterius albescit. interius aureo colore fulgescit.
suaui odore fragrescit. Sic ille pater sanctissimus nomine
et actione benedictus. cuius hodie uotiua sollempnia
colimus. exterius erat albescens candore castitatis.
interius fulgescens aureo colore caritatis. omnium
uirtutum spirans odore suauitatis. Ideo ante dominum
in eterna gloria fulgebit. et cum angelis in gaudio perhenniter
gaudebit. Hic multis signis patratis. cum ad mon-
tem cassinum uenisset. et fratribus illic habitacula construere
cepisset. apparuit ei horribili facie diabolus.
ubi iacuit in oratione prostratus. eum potius maledictum.